



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XI. De Severiano & Antiocho Syris, & quomodo, quibusque de causis à
Joanne discesserint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

decerneret. Theophilus itaq; cum Epi-
 phanium pietatis nomine celeberrimum
 in suam sententiam pertraxisset,
 rem sibi ex voto succedere animadvertens,
 sumpta majore fiducia plures Episcopus
 convocavit: & libros Origenis qui ante
 ducentos ferme annos mortem oppetierat,
 eadem qua Epiphanius condemnationis
 sententia percussit: non quod revera id
 agendum sibi proposuisset, sed ut
 Dioscorum fratresque ejus ulcisceretur.
 Verum Joannes ea quae tum ab Epiphanio,
 tum ab ipso Theophilo significata fuerant
 parvipendens, doctrinae Ecclesiasticae
 sedulo incumbebat. Et ea quidem in
 reflorescente cum maxime: insidias vero
 quae ipsi struebantur, penitus contemnebat.
 Ceterum posteaquam palam factum est,
 Theophilum id agere, ut Joannem Episcopo
 exueret, tum quicumque infenso adversus
 Joannem animo erant, ad concinnandas
 in eum calumnias excitantur. Ac multi,
 tum ex Clero, tum ex proceribus qui in
 palatio plurimum poterant, opportunum
 sibi tempus oblatum rati quo se de Joanne
 ulciscerentur, maximam Synodum
 Constantino- poli fieri procurarunt,
 Episcopis partim per literas partim per
 internuntios accitis.

ἤνεαδ' θεόφιλον τοίνυν τὸν ἐπὶ εὐλαβείᾳ
 φειδόντων Ἰηφάνιον συναρπάσας, ἵνα
 παρὰ τὸν σκοπὸν, θάρρῳ ἵνα αὐτὸν
 συνηγαγε πολλὰς τῶν Ἰησκοπῶν καὶ
 πλησίων τῶν Ἰηφάνιῳ καὶ τῶν ὡμῶν
 ἐλίων, τὰς παρὰ διακοσίῳ καὶ περὶ
 λυθίσαι, διαβολὴν ἐποιεῖτο ἐπὶ
 παρὰ γυνῶν ἔχων τὸν σκοπὸν, ἀλλὰ
 περὶ διόσκορον ἀπεύδων ἀμύναδ' Ἰωάννη
 ὁ μικρὰ φρονήσας τῶν μνησθέντων
 παρὰ τὸν Ἰηφάνιον καὶ αὐτὸν θεοφίλου,
 δασκαλία τῶν ἐκκλησιῶν παρὰ ἑαυτὸν
 καὶ ἠνθιμῶν κατ' αὐτῶν τὴν καὶ αὐτῶν
 νομῆς σιδωείας, ἕδ' ἕνα λόγον ἐπιβέβη
 δε θεόφιλον καταθανὴς ἐγγύε τοῖς
 λοιποῖς παρὰ τὸν καθελὴν τῆς Ἰησκοπίας
 Ἰωάννη, τότε δὴ ἐοίκατο ἀπεχθῆς παρὰ
 Ἰωάννη ἔχοντες, παρὰ τὴν καὶ αὐτῶν
 ἀνεκινεῖτο καὶ πολλοὶ μὲν Ἰησκοπῶν
 τῶν ἐν τέλει καὶ τὰ βασιλεία μεγιστο
 τες, καὶ ἐν εὐρηκέναι λογισμοῖν κατὰ
 ἀντὶ αὐτῶν, μεγιστὴν ἐν τῇ κωνσταν
 πόλει συνόδῳ ἤνεαδ' παρὰ τὸν Ἰωάννη,
 μὴν δι' Ἰησκοπῶν, τὴν ὁ Ἰηφάνιον
 C πεμπόμῳ

CAP. XI.

De Severiano & Antiocho Syris, & quomo-
 do quibusque de causis a Joanne
 dissenferint.

Κεφ. ια΄.

Περὶ σιθεριανῆς καὶ ἀντιόχου τῆς σύρου, ὅπως Ἰωάννη ἐπέ
 ἄρξῃ, ἵνα τὴν αὐτῆς.

Oidium porro adversus Joannem
 vehementer auxit alia quaedam
 hujusmodi causa. Duo Episcopi na-
 tione Syri eodem tempore florebant,
 Severianus & Antiochus: quorum ille Ec-
 clesiae Gabalorum, quae urbs est Syriae:
 hic Ecclesiae Ptolemaidis, quae in Phœni-
 ce sita est, curam gerebat. Et ambo
 quidem eloquentiae causa celeberrimi
 habebantur. Severianus vero, licet ad-
 modum eruditus videretur, Graeca ta-
 men minus distincte pronuntiabat: Sed
 dum Graece loqueretur, Syrum nescio
 quid in ejus voce resonabat. Et Antio-
 chus quidem cum prior Ptolemaide ven-
 nisset Constantino- polim, & in Ecclesiis
 urbis regiae summa cum diligentia ali-
 quandiu docuisset, eaque ex re ma-
 gnam vim pecuniae collegisset, ad Ec-
 clesiam suam redierat. Postea vero

ἤνεαδ' Ἰωάννη μίση, καὶ τὴν
 Ἰησκοπῶν Ἰηφάνιον τοίνυν δύο Ἰησκο
 ποι καὶ αὐτὸν ἠνθισαν, σύροισι ὅτι τὸ
 σεβηριανὸς καὶ ἀντιόχου σεβηριανὸς μὴ
 ἑλίων, πόλις ἦ αὐτῆ τ' συρίας ἀντιόχου
 Ἰησκοπῶν τὸν ἐν Φοινικῇ ἐκκλησίᾳ
 σήκει ἀμφοῖν μὴ ἐν διὰ λόγον ἠνθισ
 ἠνθισαν σεβηριανὸς ὁ δ' οὐκ ἔπειτα
 πάντων τῆ Φων. τὴν ἑλληνικὴν ἔξετασαν
 σαν ἀλλὰ καὶ ἑλληνιστὶ φθεγγόμενοι
 τὴν Φωνὴν ἀντιόχου μὴ ἐν πρότερον
 λεμαίδος ἐπὶ κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ
 ἐκκλησίᾳ ἐπὶ χρόνῳ πρὶν ἀποπομπῆς
 δάξας, ἵνα πολλὰ ἐκ τέτων Ἰησκοπῶν
 μῶν ἐπὶ τὴν αὐτῆ ἀνέδραμε σιδωείας

ἡπιόθεν ὁ μέγαλα πολλὰ τὸν ἀνίοχον
 ἐν τῶν κωνσταντίνου πόλεως συλλέξαντα, ζήλῳ καὶ
 αὐτὸς τὰ τοιαῦτα εἰσάγει· ἀσκηθεὶς τε ἐν κλη-
 τὰς λόγους συχνοὺς, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν κωνσταν-
 τίνου πόλιν ἔρχεται· καὶ δεχθεὶς ἀσπιδίως ὑπὸ Ἰω-
 ἀννου, μέχρι μὲν πρὸς ὑπερῆρα τὸν ἀνδρα καὶ
 ἐκολακίδει, ὡς αὐτὸς εἰδὼν ἦπεν ἀγαπώμενος καὶ
 ἡμιόμοτος ἦν τῆς ἐκείνου διδασκαλίας, καὶ πολ-
 λὰ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ αὐτῶν βασιλείῳ γίνε-
 ται γνώριμος, ἐπεὶ δὲ ἡ ἑξῆς συνέβη τὸ ἐφέ-
 ρεταλδίῳ τὸν ἐπίσκοπον, ἀνάγκη κατέλα-
 βε τὸν Ἰωάννην εἰς τὴν ἐφεσον ἀπελθεῖν, ἐπὶ τῷ
 χροσθέντι ἐπίσκοπον καὶ ἡμιόμοτος ἐν αὐτῇ,
 ἀλλοτὸν τε ἄλλων παροχῶν ἀλλοτὸν ἀποδοξάσων,
 καὶ ὁ φόρος διαπληκτικῶς ἐπιπέσει ἐαυτῶν
 πρὸς ἑκάστου ἐψηφίσθη, συνιδὼν ὁ Ἰωάννης
 ἀμφοτέρω τὰ μέρη φιλονεικῶς διακείμενα, καὶ
 ἐν εἰδῶν πείθεσθαι τῷ ὡς αὐτὸς εἰδὼν τῷ
 ἰσχυρῶς ἀποκρίσας τὴν τῶν ἐξ ἐμῶν λόγους
 ἀλλοτὸν τὸν ἡρακλίδην ἰνα διάκονον ἐαυτοῦ,
 ἡμιόμοτος ἐπὶ τὴν ἐπίσκοπὸν πρὸς ἑαυτῶν
 ἐπιπέσει ἀμφοτέρω τὰ μέρη παυσάμενα τὸ πρὸς
 σφῶν φιλονεικίας, ἡσυχασαν ἀνάγκη ἐν γέ-
 γονε χροσθέντι τὸν Ἰωάννην καὶ τὴν ἐφεσον παρ-
 ἑλκόντες ὡς αὐτὸν καὶ αὐτὴν, ὁ σέβηριανὸς ἐν τῇ
 κωνσταντίνου πόλει ἔρασι μωτέρως τοῖς ἀκουσάσας
 ἐγένετο καὶ αὐτὰ ἐκ ἐλάνθανε μὴ τὸν Ἰωάννην
 ταχέως ἢ ἀπὸ τῶν γινόμενα δηγήσει ὡς σα-
 ραπίανος ὅ, καὶ πρὸς τὸν ἐποισάμεν μνή-
 μων, ὑποδάλλων καὶ ταρπείων λέγοντ
 ὡς σέβηριανὸς τὴν ἐκκλησίαν, πρὸς ζήλου
 τῶν ὁ Ἰωάννης πρὸς ἡγήθη ὅδ' ἐν παρεργον,
 πῶς ἐκκλησίας ναυαλιανῶν καὶ τεσσαρες-
 κιστὶ καὶ ἑκατὸν ἀφελῶν, ἐπὶ τὴν κωνσταντίνου
 πόλιν ἔρχεται καὶ αὐτὸς μὲν πάλιν τὴν παροχῶν
 κιστὶ καὶ ἐμοίαν τῶν ἐκκλησιῶν ἐποιεῖτο
 (σαρπτιον) δὲ τὴν ὄφρον καὶ τὴν ἀλαζο-
 νείαν ἐπὶ τῶν ἐπιφέρειν ἐδωμάτο ἐπὶ γὰρ πολ-
 λὴν τὴν παρρησίαν ὡς αὐτὸν ἐπίσκοπῳ Ἰωάν-
 νη ἐκείνῳ, πέρα ἑκατὸν καὶ πέντε πρὸς ὅ-
 σον ἐφερτο, διὸ καὶ τὸ ἐπὶ τῶν ἐπίσκοπῳ μίτος
 ὡς αὐτὸν ὁ ἑξῆς καὶ ποτε τῶν σέβηριανῶν πα-
 ριστῶν, τὴν παροχῶν ἐπίσκοπῳ τι-
 μὴν οὐκ ἀπειμῶν, ἀλλὰ καθήμενος διε-
 τέλει, δεικνὺς μικρὰ φροντίζειν τῆς σέβη-
 ριανῶν παρρησίας ταύτῳ οὐκ ἠνεῖκεν ὁ σέβη-

A Severianus audiens Antiochum Con-
 stantinopoli ingentem quaestum fecisse,
 exemplum ejus imitari studuit. Cum
 igitur diu se exercuisset, multasque con-
 ciones elucubrasset, venit & ipse Con-
 stantinopolim. Ibi libenter exceptus à
 Joanne, initio quidem cum palpabat eiq;
 assentabatur: & ab eodem amaba-
 tur vicissim & colebatur: florebat inter-
 im in concionibus: eaque de causa
 multis Proceribus civitatis, ipsique
 adeo Imperatori familiaris effectus
 est. Forte contigit ut Episcopus E-
 phesiorum eo tempore migraret è vi-
 ta. Quam ob causam necesse habuit
 Joannes eo proficisci, ut Episcopum or-
 dinaret. Cum igitur Ephesum venis-
 set, & alii alium ad Episcopatum pro-
 movere studerent, & eorum causa qui-
 bus quisque suffragabatur, acriter inter
 se contenderent, cernens Joannes
 utramque partem pervicaciter alterca-
 ri, suisque hortationibus nullatenus
 obsequi velle, jurgium illorum sine ul-
 lius offensa dirimere statuit. Iple ergo
 Heraclidem quendam Diaconum su-
 um, genere Cyprium, ad Episcopatum
 illum promovit. Atque ita tandem
 ambæ partes pertinaci contentione
 deposita quieverè. Hanc ob causam
 coactus est Joannes in urbe Epheso diu-
 tius morari. Interim vero dum ille ibi
 moram faceret, Severianus Constan-
 tinopoli charior, indies auditoribus
 fiebat. Neque ea res Joannem latuit:
 quippe cui cuncta celeriter nuntiaban-
 tur. Cum itaque Serapio, cujus pau-
 lo antea fecimus mentionem, Joanni
 id suggessisset, & Ecclesiam à Severia-
 no perturbari retulisset, amulatione ac-
 census est Joannes. Qui cum obiret
 Novatianis & Quartadecimanis multas
 Ecclesias ademisset, Constantinopo-
 lim rediit. Et ipse quidem injunctam
 sibi Ecclesiarum curam de integro ge-
 rebat. Serapionis vero fastum & arro-
 gantiam nemo erat qui ferre posset.
 Nam quoniam apud Episcopum Joan-
 nem plurimum libertatis ac fiducia erat
 consequutus, ultra debitum modum
 omnibus insultabat. Unde etiam odium
 advertus Episcopum gravius exarsit.
 Quodam etiam tempore, prætereunti
 Severiano honorem qui Episcopo debe-
 tur, non præstitit: sed in sede sua sicut
 erat, permansit: ostendens eo facto
 Severiani præsentiam à se quidem par-
 vificti; hanc Serapionis contumeliam



non tulit Severianus: sed contenta voce A coram omnibus dixit: Si Serapio moriatur Christianus, Christus homo factus non est. Hanc nactus causam Serapio, Severianum Joanni aperte reddidit inimicum: prius quidem sententia membrum reticens, hoc est: Si Serapio mortuus fuerit Christianus. Id vero solum à Severiano dictum esse affirmans: Multos autem suae factionis viros producebat, qui id ita dictum fuisse testificarentur. Joannes itaque nihil cunctatus, Severianum urbe expellit. Quibus cognitis, Eudoxia Augusta Joannem quidem graviter reprehendit: Severianum vero Chalcedone Bithyniae quamprimum revocari jussit. Et hic quidem statim adfuit. Joannes vero ab illius familiaritate se removet, nec ulli ipsum ad hoc hortanti obtemperavit. Donec tandem Eudoxia Augusta in Ecclesia Apostolorum, Filium suum Theodosium, qui nunc feliciter regnat, tunc temporis admodum puerum, ad genua Joannis abiciens, & per illius caput crebro eum obtestans, aegre ab illo obtinuit ut Severianum in amicitiam suam admitteret. Adhunc modum ambo isti palam quidem reconciliati sunt: intus tamen alter adversus alterum exulcerato animo permansit. Haec Joanni adversus Severianum causa jurgii fuit.

CAP. XII.

Quomodo Epiphanius cum venisset Constantinopolim, Collectas & Ordinationes absque Joannis permisso celebravit, ut Theophilo gratificaretur.

HAud multo post Epiphanius Episcopus ex insula Cypro Constantinopolim advenit, Theophili consiliis inductus: adferens una secum exemplum synodalis sententiae, qua non ipsum quidem Origenem excommunicaverat, sed libros ab illo conscriptos condemnaverat. Qui cum ad Basilicam S. Joannis appulisset, quae septem passuum millibus ab urbe distat, nave egressus, Collectam ibi celebravit: & ordinato Diacono, posthac civitatem ingressus est. Et Joannem quidem à quo invitabatur, refugit, ut gratificaretur Theophilo: in privato autem quodam domicilio divertatus est. Collectis quae

ειανός τὴν τῆς Σεραπίωνος καταφρόνησιν καὶ πρὸς τῆς μέγα ἀνακέφαλον εἰπῶν, εἰ Σεραπίων χριστιανὸς ἀποθάνοι, Χριστὸς οὐκ ἐστὶν ἄνθρωπος· ταύτης τῆς ἀφορμῆς ὁ Σεραπίων δραξάμενος, φανερῶς ἐχθρὸν τὸν σεβηριανὸν τῷ Ἰωάννῃ κατέστησεν, ἀποκρύψας μὴ τὸν πρεσβυτερισμὸν ἔχειν, εἰ Σεραπίων χριστιανὸς ἀποθάνοι μόνον ἢ εἰρηκέναι εἰπῶν τὸν σεβηριανόν, ἀρετὰ Χριστὸς οὐκ ἐστὶν ἄνθρωπος· ἔτος δὲ εἰς μαρτυρίας, ὡς ἐπὶ εἰρημένῳ τῷ πατρὶ γέμῃ μελλήσας ἐν ὁ Ἰωάννης ἐξελθὼν ἐκ τὸν τῆ πόλεως· ἡ γὰρ σατατα ἡ αἰγύπτου δοξία, μέμφε ἢ μὴ τῷ Ἰωάννῃ ἄσπαστος ἔστω ἢ τῆ τάχος καλεῖσθαι τὸν σεβηριανὸν ἐκ τῆ βιθυνία χαλκηδόνος· καὶ ὁ μὴν, ὅτε ἐδὲν παρῆν Ἰωάννης ἢ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλοῦν ἐξέκλινε, ἐδὲν ἐπὶ ἄσπαστος πρὸς τὴν ἡ βασιλοῦσα εὐδοξία, ἐν τῇ ἐπιπέσει τῶν ποσόλων ἐκκλησία, τὸν γόν θεοδόσιον τῶν ἐντυχῶν βασιλοῦσα, κομιδῆ τότε τῶν ὄντων, εἰς τὰ γόνατα ἔειπε Ἰωάννης ἐμκαλεῖσθαι, ὅρκως καὶ αὐτὰ πολλὰς καθορκώσασα, μὴ τὴν πρὸς σεβηριανὸν ἐπέσει φιλίαν ἀσπαστοῦ δαίτερον μὴ ἐν τὸν πρὸς ἔτοιχον τὸ φανερὸν ἐφιλιώθησαν ἔμμερον ἢ ἐδὲν ἴππον τῆ γνώμην ὑπεκλον πρὸς ἀλλήλους φιλιώθησιν τες· ἢ μὴ ἐν ἰσθμῶσι τῆ πρὸς σεβηριανὸν λύπης, τοιαύτη τις ἦν

Κεφ. 16.

ὅτι ἐν κωνσταντινῶν πόλει εἰς ἐκκλησίαν ἐπὶ Ἰωάννῃ, ἐπιπέσει χερσὶν ἐπιπέσει ἄσπαστος γνῶμην ἔειπε Ἰωάννης, διαφύλαξαι χερσὶν ἐμμερον.

ΜΕΤ' ἔπειτα πολὺ ἢ, ἐκ τῆς κύπρου ὁ ἐπίσκοπος ἐπὶ τὴν κωνσταντινῶν πόλιν πάλιν ἔρχεται, ταῖς ἰσθμῶσι θεοφίλου πρὸς εἰς ἐπικουρῶμενος ἐν ταυτῶν καθήκοντων καὶ τῶν ἀειχμῶν βιβλίων, δι' ὧν ἐκ αὐτῶν ἄσπαστος ἀκοιωνῶν εἶναι ἀπέσπασεν, ἀλλὰ τὰ βιβλία μόνον διέβαλλεν, προβορμήσας ἐν τῇ Ἰωάννῃ μαρτυρίᾳ, ἀπέχεσθαι ἢ ἐπὶ τῆ πόλεως, ἐξ ἐκκλησίαν τῆς νῆως, σὺν ἀξίῳ τῆς ἱερέσας, ἐξ ἐκκλησίαν χερσὶν ἐμμερον, αὐτῶν τὴν πόλιν εἰσέρχεται· καὶ τὴν μὴν πρὸς τὸν Ἰωάννη ἐξέκλινε, θεοφίλου χερσὶν ἐμμερον ἐν ἰσθμῶσι ἢ κατὰ λύπην μὴν καὶ συγκατα